



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ærumnæ D. N. Jesu Christi**

**Thomé <de Jesus>**

**Monachii, 1676**

Præfatio Ad Lectorem.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-45834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45834)



## PRÆFATIO AD LECTOREM.



*Antea gratia fuit Libri de Ærumnis Christi in Regnis Lusitania & Castella, simul prodit in lucem; tanta virorum doctrinâ & virtute præstantium probatio, ut sæpius utrâque linguâ impressus fuerit, quòd quisquis perfectionis erat studiosior, qui de illo audivisset, ejus copiam fieri sibi desideraret. Postea verò in gratiam eorum, qui neque Lusitanicè, neque Hispanicè norant, à P. Ludovico Flori, Societatis IESV, Italicè versus non minorem peperit fructum; quem multò etiam abundantiorè fore speravi, si Latinè legi posset ab iis, qui nec Italicam callent. Ita igitur eum exhibeo: tu si non minorem tanta commendatione inveneris, fruerè, & operam versionis planè ac simplicis, uti res hæc postulare videtur, boni consule. Equidem arbitror Auctorem, qui inter durissimè captivitatis apud Mauros arumnas, pro sua & concaptivorum solatio ista conscripsit, penitissimè introspexisse sensum & affectum, quem Christus Dominus noster habuit inter gravissimos ac perpetuos labores & arumnas, quas nostræ salutis causâ suscepit. Dignus proinde, qui legatur ab iis, qui inter inevitabiles hujus vitæ misérias volunt, ex Apostoli præcepto, sentire in seipsis, quod & in Christo IESV: ut placeant Patri Eterno, qui in solo sensu Filii sui Unigeniti sibi complacuit; neque probare potest, quod è sensu Christi non sit. Cùm enim illos, quos elegit, prædestinaverit fieri conformes imaginis Filii sui; non erunt ei conformes, nisi in eundem cum ipso sensum devenerint.*



SUM-